Lengderna vppo kron: och egna godz vch ... Tavestehus och Borgo lähn 1559.

deus noster. ... via.

Subveniat domine plebi [Sec.] tue dei genitricis oratio, quam etsi pro condicione carnis migrasse cognoscimus, in celesti gloria apud te pro nobis orare (intercedere) sentiamus. Per eundem.

Prefatio. Et te in assumptione. Cotidie dicatur de octavis in missa. Co. Beata viscera.

Mense celestis participes [Post co.] effecti imploramus clementiam tuam domine deus noster, ut qui festa dei genitricis colimus, a malis imminentibus eius intercessionibus liberemur. Per.

Per oct. sce marie fiat officium. Per. ... sicut in die nisi quod alleluia supposita dicet ... alternatim. Per oct. sce marie epistola sic in die. In oct. sci laurentii epistola sic in festo eiusdem.

Probasti domine [In octava sci laurentii] cor meum et visitasti nocte igne me examinasti et non est inventa in me iniquitas.

Exaudi domine iustitiam meam. Cetera sicut in festo ipsius. Mem. de oct. sce marie. Agapiti martyris mem. Oro. Letetur ecclesia tua.

Os iusti. Oro. Intercessio. Epla. [Bernardi abbatis officium] Dilectus deo. R. Domine prevenisti. Alla. Os iusti. Ewn. Nemo accendit lucernam. Off.

Colla de sco bernhardo

Perfice quesumus domine pium in nobis sancte religionis effectum. et ad optinendam tue gracie largitatem beatus bernhardus abbas et doctor egregius suis apud te semper pro nobis meritis et precibus intercedat. Per dominum

Desiderium anime. Co. Amen dico vobis. In oct. sce marie omnia sic in die. nisi quod sequentia et credo non dicuntur. [Eodem die tymothei et simphoriani mr.]

Auxilium tuum nobis domine quesumus placatus impende, et intercedentibus beatis martyribus tuis tymotheo et simphoriano dexteram super nos tue propitiationis extende. Epla. Iustorum anime. R. Iustorum anime. Per. Alla. Fulgebunt iusti. Ewn. Descendens ihesus de monte. Off. Mirabilis deus.

Accepta tibi sit domine [Sec.] sacrate plebis oblatio pro tuorum honore sanctorum, per quorum se meritis percepisse de tribulatione cognoscit auxilium. Per. [Post co.]

Divini muneris largitate satiati quesumus domine deus noster, ut intercedentibus beatis martyribus tuis tymotheo et simphoriano eius semper participatione vivamus. Per. Michi autem nimis.

Omnipotens sempiterne [Bartholomei apostoli] deus qui huius diei venerandam sanctamque [Oro.] letitiam in beati apostoli tui bartholomei festivitate tribuisti, da ecclesie tue quesumus et amare quod credidit et predicare quod docuit. Per. Epla. Iam non estis. R. In omnem terram. Alla. Nimis honorati. Sequentia. Clare sanctorum. Ewn. Hoc est preceptum. Off. Constitues eos. Sec.

Sec.

Beati apli tui bartholomei domine sollempnia recensentes quesumus ut eius auxilio tua beneficia capiamus pro quo tibi hostias laudis offerimus. Per dominum. Prefacio. Te dne. Co. Vos qui secuti. Pc co.

Sumpsimus dne pignus salutis eterne celebrantes beati apli tui bartholomei uotiua sollempnia : ut perpetua merita uenerantes adiutam nutriamur eterna. per. Rubrica. Rufi mr. Oro. Adesto supplicationibus n. Augustini epi. In medio ecclie.

Adesto supplicationibus. Oro.

Adesto supplicationibus nostris omps deus : et qui fiduciam sperande pietatis indulges : intercedente beato augustino confessore tuo atque pontifice consuete misericordie tribue benignus effectum. Per dnm. L. lib. Sapientie.

Ecce sacerdos magnus qui in uita sua suffulsit domum : et in diebus suis corroborauit templum. In diebus ipsius emanauerunt putei aquarum : et quasi mare adimpleti sunt supra modum. Qui curauit gentem suam : et liberauit eam a perditione. Qui preualuit amplificare ciuitatem : qui adeptus est gloriam in conuersatione gentis. Quasi stella matutina in medio nebule et quasi luna in diebus suis lucet et quasi sol refulgens : sic ille effulsit in templo dei. Quasi arcus refulgens inter nebulas glorie : et quasi flos rosarum in diebus uernis. Quasi lilia que sunt in transitu aque : et quasi thus redolens in diebus estatis. Quasi ignis effulgens : et thus ardens in igne. Quasi uas auri solidum : ornatum omni lapide precioso. Quasi oliua pullulans : et cypressus in altitudinem se tollens. In accipiendo ipsum stolam glorie et uestiri eum consummatione uirtutis : in ascensu altaris sancti : gloriam dedit sanctitatis amictum. R. Os iusti. Alla. Iustus g. Ev. Sint lumbi. Offitorium. Veritas mea et misericordia mea cum ipso.

Sancti confessoris tui Sec. augustini nobis dne pia non desit oratio que et munera nostra conciliet et tuam nobis indulgentiam semper obtineat. Per. Co. Fidelis ser.

Ut nobis dne tua sacrificia Pco dent salutem : beatus augustinus confessor tuus et pontifex : quesumus precator accedat. Per. Infra octavam. Offitium. In medio ecclie. et cetera sicut in die. preter sequentiam. In decolatione sancti Iohannis baptiste. Iustus ut palma.

Sancti iohannis baptiste et martyris tui dne quesumus ueneranda festiuitas : salutaris auxilii nobis pres

ter. effectum. Per. Alia de sancta Sabina. Epistola. Expectatio iustorum. Gr. Posuisti domine.

A[lleluia].

Misit herodes spiculatorem et precepit amputari capud iohannis in carcere.

Secundum Marcum.

In illo tempore. Misit herodes et tenuit iohannem et uinxit eum in carcere propter herodiadem uxorem philippi fratris sui quia duxerat eam. Dicebat enim iohannes herodi. Non licet tibi habere uxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi et uolebat occidere eum nec poterat. Herodes enim metuebat iohannem sciens eum uirum iustum et sanctum et custodiebat eum. Et audito eo multa faciebat et libenter eum audiebat. Et cum dies oportunus accidisset herodes natalis sui cenam fecit principibus et tribunis et primis galylee. Cumque introisset filia ipsius herodiadis et saltasset et placuisset herodi simulque recumbentibus rex ait puelle. Pete a me quod uis et dabo tibi. Et iurauit illi quia quicquid petieris dabo tibi licet dimidium regni mei. Que cum exisset dixit matri sue. Quid petam? Et dixit illa. Capud iohannis baptiste. Cumque introisset statim cum festinatione ad regem petiuit dicens. Volo ut protinus des michi in disco capud iohannis baptiste. Et contristatus est rex propter iusiurandum et propter simul discumbentes noluit eam contristari. Sed misso spiculatore precepit afferri capud eius in disco. Et decollauit eum in carcere et attulit capud eius in disco et dedit illud puelle. Et puella dedit matri sue. Quo audito discipuli eius uenerunt et tulerunt corpus eius et posuerunt illud in monumento.

Off. Desiderium anime. Secreta.

Munera tibi domine pro sancti martyris tui iohannis baptiste passione deferimus qui dum finitur in terris factus est in celesti sede perpetuus quesumus ut eius obtentu nobis proficiant ad salutem. Per.

Co. Magna est gloria eius in salutari tuo.

Conferat nobis domine pro co. sancti iohannis baptiste utrumque sollempnitas ut magnifica sacramenta que sumpsimus significata ueneremur et in nobis

BIBL. UNIV. HELS.

potius eterna gaudeamus. Per.

Eodem die Sabine virg.

Sapientiam sanctorum

Deus qui inter cetera potentie tue miracula etiam in sexu fragili victoriam martyrii contulisti: concede propitius: ut cuius natalicia colimus: per eius ad te exempla gradiamur. Per. Epla. Sapientia per fidem. Gra. Justorum anime. Alla. Sancti tui. Tract. Qui per sepientiam. Off. Letamini in do

Hostias tibi domine beate Sec. Sabine martiris tue dicatas mitis benignus assume et ad perpetuum nobis tribue pervenire subsidium. Per. Co. Quod dico vob.

Divini muneris largita Post co. te satiati quesumus domine deus noster: ut intercedente beata Sabina martire tua eius semper participatione vivamus. Per. Felicis et Adaucti mr.

Maiestatem tuam domine supplices deprecamur: ut sicut nos iugiter sanctorum tuorum commemoratione letificas: ita semper supplicatione defendas. Per. Sec.

(interlinear: felici et adaucti)

Hostias domine tue plebis intende. et quas in honore sanctorum tuorum devota mente celebrat proficere sibi sentiat ad salutem. Post co.

Repleti domine muneribus Per. sacris: quesumus ut intercedentibus sanctis tuis in gratiarum semper actione maneamus. Per. Egidii abbatis mr. Oro. Intercessio nos. In oct. sci august. Ora sicut in die. excepta sequentia. Eodem die marcelli mris. Oro. Presta quesumus omnipotens deus ut qui. In

Gaudeamus omnes. Nativitate sce marie. Marie virg. de cuius nativitate.

Supplicationem servorum Oro. tuorum deus miserator exaudi: ut qui in nativitate dei genitricis et virginis marie congregamur: eius intercessionibus a te de instantibus periculis eruamur. Per et c. Lect.

Ego quasi vitis Lib. Sapie. fructificavi suavitatem odoris: et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis et timoris: et agnitionis et sancte spei. In me gratia omnis vie et veritatis: in me omnis spes vite et virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me: et a generationibus meis implemini. Spiritus enim meus super mel dulcis: et hereditas mea super mel et favum. Memoria mea in generatione seculorum. Qui edunt me adhuc esurient: et qui bibunt me adhuc sitient. Qui audit me non confundetur: et qui operantur in me non peccabunt. Qui elucidant me vitam eternam habebunt. Gr.

R. Propé. veritatem.

cendit primum in inferiores partes terre. Qui descendit ipse est et qui ascendit super omnes celos ut adimpleret omnia. Et ipse dedit quosdam quidem apostolos quosdam autem prophetas alios vero evangelistas. Alios autem doctores et pastores ad consummationem sanctorum in opus ministerii in edificatione corporis christi. donec occurramus omnes in unitatem fidei et agnitionis filii dei in virum perfectum in mensuram etatis plenitudinis christi. R. Beatus homo. Secundum Matheum.

alla Domine (?)

In illo tempore: Cum transiret ihesus vidit hominem sedentem in theloneo Matheum nomine: et ait illi. Sequere me. Et surgens: secutus est eum. Et factum est discumbente eo in domo: ecce multi publicani et peccatores venientes discumbebant cum ihesu et discipulis eius. Et videntes pharisei dicebant discipulis eius. Quare cum publicanis et peccatoribus manducat magister vester? At ihesus audiens: ait. Non est opus valentibus medicus: sed male habentibus. Euntes autem discite quid est misericordiam volo et non sacrificium. Non enim veni vocare iustos: sed peccatores. Off. In omnem. Sec.

Sequencia Celica (?)

Supplicationibus apostolicis beati Mathei evangeliste quesumus domine ecclesie tue commendetur oblatio cuius magnificis predicationibus eruditur. per dominum nostrum. Prefatio. Te domino. Co. Ego vos elegi. Post co.

Perceptis domine sacramentis beato Matheo apostolo tuo et evangelista interveniente deprecamur ut que pro eius celebrata sunt gloria nobis proficiant ad medelam. Per. Mauricii sociorumque

Salus autem. ei. Or.

Annue quesumus omnipotens deus: ut nos sanctorum martyrum tuorum Mauricii. Exuperii. Candidi. Victoris. Innocentii et Vitalis sociorumque eorum letificet festiva sollempnitas: ut quorum suffragiis innitimur natalitiis gloriemur. Per. Epistola. Sancti per fidem. R. Gloriosus deus. Alla. Sancti tui. Ev. Descendens ihesus de. Off. Mirabilis deus in.

Respice domine munera Sec. que in sanctorum tuorum commemoratione deferimus: presta quesumus: ut quorum honore sunt grata: eorum nobis intercessione reddantur salutaria. Per. Co. Posuerunt mortalia servorum.

Celestibus domine refecti Post co. sacramentis et gaudiis supplices te rogamus domine: ut quorum gloriamur triumphis: protegamur auxiliis. Per dominum.

Letabitur iustus. Or. Beati de. Epistola. Beatus homo. Gr. Beatus vir. Alla. Bone cor meum. Ev. Dixit ihesus discipulis ihesu.

Off. Gloria et honore. S. Muneribus nostris. Co. Posuisti domine. p. Co. Beati mortui qui in domino.

S apientiam sanctorum. Cosme et Damiani. Oratio.

M agnificet te domine sanctorum tuorum cosme et damiani beata sollempnitas: qua et illis gloriam sempiternam et opem nobis ineffabili prouidentia contulisti. Per. Epistola. Lingua sapientium. R. Clamauerunt iusti. Alleluia. Exultabunt sancti. Ev. Videns ihesus turbas. Off. Gloriabuntur in te omnes. Secreta.

I n tuorum domine preciosa morte iustorum sacrificium illud offerimus de quo martirium sumpsit omne principium. Per dominum nostrum. Co. Posuerunt. p. Co.

S it nobis domine sacramenti tui certa saluatio: que cum beatorum martirum tuorum cosme et damiani meritis imploratur. Per. Michahelis archangeli.

B enedicite dominum omnes angeli eius potentes uirtute qui facitis uerbum eius ad audiendam uocem sermonum eius.

Ps. Benedic anima mea domino. Gloria. Ae.

D eus qui miro ordine angelorum ministeria hominumque dispensas concede propitius ut a quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur: ab his in terra uita nostra muniatur. Per. L. lib. Apocalipsis Johis apostoli.

I n diebus illis: Significauit deus que oportet fieri cito loquens per angelum suum seruo suo iohanni: qui testimonium perhibuit: uerbo dei et testimonium ihesu christi quecumque uidit. Beatus qui legit et qui audit uerba prophetie huius: et seruat ea que in ea scripta sunt. Tempus enim prope est. Johannes septem ecclesiis que sunt in asia. Gratia uobis et pax ab eo qui erat et qui est et qui uenturus est. Et a septem spiritibus qui in conspectu throni eius sunt et a ihesu christo qui est testis fidelis primogenitus mortuorum et princeps regum terre. Qui dilexit nos et lauit nos a peccatis nostris in sanguine suo. R. Gr.

B enedicite dominum omnes angeli eius potentes uirtute qui facitis uerbum eius.

V. Benedic anima mea domino et omnia interiora mea.

nomen

sanc tum eius

A e v ia

Contus sum est ma

re et con tre muit

ter ra

ubi archangelus michael descen

debat de ce lo [alleluia] S. Mathei

In ill. t. accesserunt discipuli eius di centes. Quis putas maior est in regno celorum? Et advocans ihesus par vulum statuit eum in medio eorum et dixit. Amen dico vobis: nisi conversi fueritis et efficiamini sicut parvuli non intrabitis in regnum celorum. Quicumque ergo humiliaverit se sicut parvulus iste: hic maior est in regno celorum. Et qui susceperit unum parvulum talem in nomine meo: me suscipit. Qui autem scandali zaverit unum de pusillis istis qui in me credunt: expedit ei ut sus pendatur mola asinaria in col lo eius et demergatur in pro fundum maris. Ve mundo a scan dalis. Necesse est enim: ut ve niant scandala. Verumptamen ve homini illi per quem scandalum ve nit. Si autem manus tua vel pes tuus scandalizat te: abscide eum et proice abs te. Bonum est tibi ad vitam ingredi debilem vel claudum quam duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem eternum. Et si oculus tuus scanda lizat te: erue eum et proice abs te. Bonum est tibi cum uno oculo in vitam intrare: quam duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Vi dete ne contempnatis unum ex his pusillis. Dico enim vobis: quia angeli eorum semper vident faciem patris mei qui in celis est. Off.

S te tit angelus

pontifex

iux ta a ram tem

pli ha bens thu ri bu

lum au reum in ma

nu sua et data sunt ei incensa

multa et ascen dit

tu mus a re matinum.
in conspectu an ge

Sec. Hostias tibi domine laudis offerimus suppliciter deprecantes ut easdem angelico pro nobis interveniente suffragio et placatus accipias et ad salutem nostram provenire concedas. per. Com.

Benedicite omnes angeli domini domino ymnum dicite et superexaltate eum in secula.

Beati archangeli p[ost]co[m]. Tui michaelis intercessione suffulti supplices te domine deprecamur ut quem honore prosequimur contingamus et mente. per. Jeronimi presbiteri officium.

Os iusti. offm.
Oro. Deus qui nos beati ieronimi. epla.
Iustum deduxit dominus. R. Os iusti. alla.
Posui adiutorium. Ewn. Nemo accendit.
Off. Desiderium. Co. Fidelis servus.
Statuit. offm. Remigii epi et conf.

Deus qui populo tuo eterne salutis beatum Remigium ministrum tribuisti presta qs ut quem doctorem vite habuimus in terris intercessorem habere mereamur in celis. per.
Epla. Ecce sacerdos mag. R. Ecce sacerdos. Alla. Iuravit dominus. Ewn. Homo quidam peregre. Off. Inveni david servum meum. Sec.

Omnipotens sempiterne deus munera tue pietati oblata per intercessionem beati remigii confessoris tui ad perpetuam nobis fac provenire salutem. per dominum. Co. Beatus servus. p[ost]co.

Sumptis domine salutis nostre subsidiis da qs nos eius patrociniis ubique protegi in cuius veneratione hec tue obtulimus maiestati. per. Eodem die Germani et ved. oro.

Concede qs omnipotens deus ut ad meliorem vitam sanctorum tuorum germani et vedasti exempla nos provocent quatinus quorum sollempnia agimus et actus imitemur. per. Sec.

Suscipe domine preces et munera que ut tuo sint digna conspectu sanctorum tuorum precibus adiuvemur. per.

Corporis sacri et preciosi p[ost]co. sanguinis repleti libamine qs domine deus noster ut quod pia devotione gerimus certa redemptione capiamus.

Leodegarii epi. Oro. lect. et alia. per.
Os iusti. me. Francisci confessoris oro.

Deus qui ecclesiam tuam beati francisci meritis fetu nove prolis amplificas tribue nobis ex eius imitatione terrena despicere et celestium

5

lotis in pellibus caprinis, egentes
angustiati afflicti quibus dignus
non fuit mundus. In solitudini-
bus errantes, in montibus et in spelun-
cis et in cavernis terre. Et hii omnes
testimonio fidei probati inventi sunt
In Christo Ihesu domino nostro. L. lib. Sapie.

Expectatio iustorum leticia, spes
autem impiorum peribit. Forti-
tudo simplicis via domini, et pavor
hiis qui operantur malum. Ius-
tus in eternum non commovebitur.
impii autem non habitabunt in terra.
Os iusti parturiet sapientiam, lingua
pravorum peribit. Labia iusti consyde-
rant placita, et os impiorum perver-
sa. Simplicitas iustorum diriget eos,
et supplantatio perversorum vasta-
bit illos. Iusticia rectorum liberabit
eos, et in insidiis suis capientur
iniqui. Iustus de angustia liberatus
est, et tradetur impius pro
eo. Simulator ore decipit amicum
suum, iusti autem liberabuntur sciencia.
In bonis iustorum exaltabitur civitas,
et in perditione impiorum erit lauda-
tio. In benedictione iustorum exalta-
bitur civitas. L. lib. Sapie.

Iusti in perpetuum vivent, et
apud dominum est merces eorum, et cogi-
tatio eorum apud altissimum. Ideo
accipient regnum decoris et
dyadema speciei de manu domini.

quoniam dextera sua teget eos et
brachio sancto suo defendet illos.
Accipiet armaturam zelus il-
lius, et armabit creaturam ad
ultionem inimicorum. Induet
pro torace iusticiam, et accipiet
pro galea iudicium certum. Su-
met scutum inexpugnabile
equitatem, ibunt directe emis-
siones. Et ad certum locum de-
ducet illos dominus deus noster. L. Sapie.

Reddet deus mercedem la-
borum sanctorum suorum, et deducet
illos in via mirabili. Et fuit illis
in velamento diei, et in luce stel-
larum nocte, transtulit illos
per mare rubrum, et transvexit
illos per aquam nimiam. In-
imicos autem illorum demersit in ma-
re, et ab altitudine inferorum edux-
it illos. Ideo iusti tulerunt spo-
lia impiorum, et decantaverunt domine
nomen sanctum tuum. Et victricem
manum tuam laudaverunt
pariter domine deus noster. Gr.



et nos libera a

In nus adiutorium nostrum in no

mine do mini qui fe

cit ce lum et ter ram.

Gloriosus de us in sy

sanc tis mira bi lis

lis in maiesta te.

faciens prodigia. V.

V. Dextera tua do

mine glorificata est in vir

tu te dextera

manus tu a

con fre gi inimi

cos. R. Iustorum ani

me in manu de i

sunt et non tan get illos

tormentum mali. e u o u a e.

Visi sunt ocu

lis insipientium mori illi au

tem sunt in pace.

R. Vindica domine

sanguinem sanctorum tuo

rum qui effusus est. V.

Posuerunt morticina servorum tuorum

escas volati

li bus celi carnes sancto rum

tuorum bestiis terre. R.

Ecce quam bo num et quam

iocundum habitare fratres in u

num. V. Sicut unguentum

in capite quod descendit

in bar bam Aaron.

quemadmodum sacerdotes prius pro suis debitis hostias offerre: deinde pro populo. Hoc enim fecit semel se offerendo dominus noster ihesus christus. Iustum deduxit dominus L. Sapie. per vias rectas: et ostendit illi regnum dei et dedit illi scientiam sanctorum. Honestavit illum in laboribus: et complevit labores illius. In fraude circumvenientium illum affuit: et honestum fecit illum. Custodivit eum ab inimicis: et a seductoribus tutavit illum. Et certamen forte dedit illi ut vinceret et sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hec venditum iustum non dereliquit: sed a peccatoribus liberavit eum. Descenditque cum illo in foveam et in vinculis non dereliquit eum: donec afferret illi sceptrum regni et potentiam adversus eos qui eum deprimebant. Et mendaces ostendit: qui maculaverunt illum. Et dedit illi claritatem eternam dominus deus noster. Ad hebreos.

Fratres: doctrinis variis et peregrinis: nolite abduci. Optimum est enim gratia stabilire cor: non escis que non profuerunt ambulantibus in eis. Habemus altare de quo edere non habent potestatem qui tabernaculo deserviunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem: horum corpora cremantur extra castra. Propter quod et ihesus ut sanctificaret per suum sanguinem populum extra portam passus est. Exeamus igitur ad eum extra castra: improperium eius portantes. Non enim habemus hic manentem civitatem: sed futuram inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper deo: id est fructum labiorum confitentium nomini eius. Beneficientie autem et communicationis: nolite oblivisci. Talibus enim hostiis promeretur deus. R.



tu es sacerdos in eter-
num secundum ordi-
nem melchisedech
V. Dixit dominus
domino meo
se de
a dextris meis. R. Inveni
david servum meum
oleo sancto unxi e-
um manus enim
mea auxiliabitur e-
i. brachium me-
um confortabit eum.
V. Nichil proficiet
inimicus in e-
o et filius ini-

quitatis
non nocebit e-
um. R. Sacerdo-
tes e- ius in-
du am salu ta-
ri et sancti
ei eius exultatione
exultabunt. V. Illuc pro-
ducam cornu david
paravi
lucernam xpisto
meo. R.
Domine prevenisti
eum in benedictionibus dulce-
dinis posuisti in capite
eius coronam de lapide